

# Amtsblatt

## für die Erzdiözese Freiburg

Nr 5

Freiburg i. Br., 21. Februar

1940

Inhalt: Apostolica Adhortatio. — Umpfarrung des Weilers Hof Gräffingen von Angelstirn nach Kupprichhausen. — Krönungstag des Heiligen Vaters Papst Pius XII. — Rosenfranzvereinigungen. — Die Einkommensteuer der Geistlichen. — Pfründebesetzungen. — Publicatio beneficiorum conferendorum. — Anstellung der Neupriester. — Besetzungen. — Sterbfall.



### Apostolica Adhortatio.

(AAS XXXI pag. 696 ss.)

#### Ad Sacerdotes et Clericos in Exercitus Ordines adscitos.

Asperis commoti anxietatibus et sollicitudinibus belli, quod omni ope, at frustra deprecari conati sumus, vehementius vestram sortem condicionemque dolemus, dilectissimi Nobis sacerdotes et clerici, qui, subita correpti procella, sacri ministerii opera ac tranquilla doctrinae domicilia reliquistis et ad signa militaria, ad arma deducti estis.

Haud assuefacti vitae generi quam nunc ducitis, improvise rerum eventu stipendia meretis in castris stantibus, in nosocomiis, in erraticis valitudinariis ipsa in bellantium acie utpote sacerdotes de militibus spiritalem curam habentes, magna autem ex parte obeuntes munia vocationi vestrae dissentanea.

Ubi cumque estis, Vicarii castrenses seu Cappellani maiores vos sedulo, vigili, paterno prosequuntur obtutu. In ipsorum opere fidenter acquiescimus, quia id sapienti disciplina temperatum est, quia insomne est, quia salutaribus innotitur consiliis. Qua re haud dubitandum est, quin ipsi in sua cuiusque patria operam navent quoquo versus magno in pretio habendam ac salutaribus fructibus opimam, quia officii conscientia permoti ad ardua quaevis agenda sunt parati. Tam sollertem navitatem confirmata fiducia Nostra honestamus vobisque libenter memoramus, ut in provisos vestros sitis grati eisdem-

que docili voluntate obsequamini: praepositi enim mandata sibi commissa expedite persolvere valent, si subiecti sponte eorum praeceptis obsecundent.

Ut nec vos ipsi nec viri vestrae curae crediti spiritualibus careatis solaciis, in animo habemus facultatibus iam a Nobis Vicariis castrensibus seu Cappellanis maioribus nationum vel regionum ubi bellum aut ad arma convocatio est vel erit concessis, alias praeter ordinem adicere\*). Hac ex re patentior innotescet vobis effusus paternae caritatis affectus, quo vos in molestias et angustias adductos diligimus.

Vicariis castrensibus seu Cappellanis maioribus huiusmodi concredita a Nobis cura Nos e munere, quo tenemur, non eximit, vobis directo sensus animi Nostri aperiendi itemque vos tanto in discrimine hortandi ut quae novae vitae ratio deposcit, diligenter animadvertatis et impigre perficiatis, vocationis vestrae consideratione et afflatu incitati.

Spiritus, qui suetae actioni vestrae praesidebat, licet vestis mutetur, exuendus vobis non est. Inter tela is vos afflet, sicut tum contigebat, cum domi sacerdotii vestri partes explebatis. Caelestis Pater, qui vos ad altaria arcessivit, Ipse est, qui sivit vestras piorum studiorum laborumque consuetudines abrumpi. Ad Se vos vocavit — id mementote — non tantum divino cultui mancipandos, cuius absolute nequaquam sacerdotium catholicae Ecclesiae terminatur, verum etiam hac de causa, ut sitis Dei verbi praecones, Evangelii satores, pro Christo legatione fungentes, Cuius debetis quam maxime diffundere notitiam, excitare desiderium, accendere amorem. Vestrum esto beatissimi Pauli Apostoli propositum, qui gloriabatur se nihil scire, nihil afferre gentibus nisi Christum et hunc crucifixum. Chris-

\*) cf. Amtsblatt 1940 Nr. 4, pag. 216 ss.

tum haud minus testimonio vitae quam oris is advehebat in omnia loca, omni tempore, privatim ac publice, sive cum posset caerulea convexa caeli suspicere, sive cum vinculis detineretur. In carcerem coniectus, ubi ad se ventitantes excipiebat et Dei regnum libere praedicabat, ad Philippenses scripsit: *Scire autem volo, fratres, quia quae circa me sunt magis ad profectum venerunt evangelii* (Phil. 1, 12).

Permisit modo Deus, ut, suetis relictis muneribus ad exercitum adiungeremini ad homines scilicet institutis, moribus, doctrina et artibus, religione varios, haud raro averso animo a Deo, Jesu Christi et Evangelii nescios, fidei vel rudimentorum expertes, de omnibus negotiis sollicitos potius quam de iis, quae ad animos spectant eorumque sempiternam beatitatem. Dei miseratio en vos misit ad eos, qui vos fortasse aspersionantur, qui recusabant a vobis accipere verbum salutis et gratiam Jesu Christi Servatoris nostri; hos ad vos allicit, vestrorum laborum et periculorum, vestrarum asperitatum et aerumnarum socios.

Iusto aestimate pretio quod fluens fert hora. Nolite ad hominum captum modumque adiuncta iudicare, unde praesens rerum asperitas consecuta est, sed in his inspicite caelestis Patris voluntatem, quae optima semper et adoranda elicit e malis bona, quaeque, per vos ad militaria signa advocatos, tot inter ruinas, debios deerrantesque ad rectae fidei semitam et ad christianae disciplinae mores perducere cupit. Quod annitentibus cuncta vobis possunt prodesse, propterea quod quo magis sacerdos apostolico studio ardet ad strenue agendum, eo crebriores carpit secundas occasiones, eo patientiores invenit aditus. Quod autem praecipuum est, sub patriis signis militantes pro Ecclesia quoque ita militate, ut tamquam viva e forma Christi apostolatus relucescat. Ita vero, etiam tacentes, eritis, si in primis officiorum vestrorum fida custodia et absoluta morum integritate vocationi vestrae honorem detuleritis.

Vos igitur eo monemus hortatu, quo Paulus Apostolus compellebat Philippenses, ut ii cum gentibus civium usus societatemque habentes, virtutum decore fidem, quam profitebantur, honestarent: *Digne Evangelio Christi conversamini* (Phil. 1, 27). Et iterum: *Omnia autem facite sine murmurationibus et haesitationibus, ut sitis sine querela et simplices filii Dei, sine reprehensione in medio nationis pravae et perservae; inter quos lucetis sicut luminaria in mundo* (ibidem 2, 14 - 15).

Eluceat e vobis semper indoles administratorum Dei. Tales cum sitis, officii vestri estote retinentissimi, praepositis vestris in exemplum, salva Dei lege, obsequimini, dura hilares sustinete; at nullo pacto nulloque tempore iis indulgete, quae futilia, corrupta, vituperanda circa vos intuemini severis instructi moribus, nescientes cum malo pacisci aut id mulcere vel contrahere, exemplis saltem vestris aliena vitia castigate. Nequaquam autem prohibet, quin, evangelica mansuetudine comite, ipsi vos omnia omnibus faciatis ut omnes Jesu Christo lucrificiatis, haec morum severitas, ceterum militari disciplinae consentanea, cuius singularis nota est impavidi pectoris fortitudo. Animi utique firmitate inter ceteros praestare debetis, ut ubique palam libere vos sacerdotes aut sacerdotii candidatos demonstretis.

Quodsi Evangelii spiritu inflati, qui quidem spiritus est libertatis, sicut et Apostolus gentium, efficitis vos omnium servos, cum liberi sitis ex omnibus, ut plures lucrificiatis (1. Cor. 9, 19), eiusdem Apostoli oportet crebro in memoriam revocetis salubria consilia, sapientiae plena, quae vestrum dirigant in agendis rebus iter: *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed non omnia aedificant* (1. Cor. 10, 22 - 23).

Si ita cogitaveritis, salutari auctoritate movebitis eos qui vos circumdabunt homines et, vel nescii vel conscii, in animorum praecordiis aliquid boni seminis ponetis, quod in terram iactum, testante Domino, germinat et succrescit, etiamsi deses maneat sator (Marc. 4, 26 seq.). Vobis persuasum erit, vos non neglexisse fidei vestrae commissa mandata ac Jesum Christum, divinum praeceptorem vestrum, pro viribus, variis hominum classibus esse confessos.

Vos quidem unius cuiusque ordinis civibus, artes exercentibus liberales et operosas, doctis et indoctis, ingenio praeditis tractabili et moribus duris, inter strepentia arma, cognitum facietis evangelicum nuntium redemptionis et salutis, neque noxam committetis commilitones ad id opinandum inducendi, in Christi assecclis, imo in iis, qui ad sempiternam assequendam vitam sunt ductores, facta cum dictis discrepare. Ecclesiae multorum conciliabitur benevolentiam et gratiam ac, decore in patrio exercitu militantes, multos parabit vobis amicos, quos haud difficulter ad fidei semitam traducetis aut vestros efficietis auxiliatores.

Numquam denique ex animo vestro excidat hortamen a Paulo Apostolo datum glorioso illo

aevo fidelibus, cum per cruciatus et dolores maturescebat Ecclesiae triumphus: *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum* (Rom. 12, 21).

Videte igitur, dilecti Filii, quam latum agrum Dei Providentia generosa virtute excolendum attribuerit vobis e sacerdotalis ministerii tranquilla perfunctione et e Sacris Seminariis dimotis. Est cur de his sincero pectore gloriemini pura haurientes solacia, quae etiamsi nequeant extinguere, minuant tamen cuncta adversa et aspera bello vobis illata.

Ceterum nonne dolores quae dicimus, quae docemus, quae agimus fecundant? Patiendo utique magis quam operando Veritati bonum reddimus testimonium.

Multa praeterea vobis istis in adiunctis acquirenda sunt, quae animis vestris proderunt. E variis enim et aerumnosis militiae discriminibus quantum rerum hominumque usum desumere potestis, vestrae in agendo rationi sapientiam additurum et virtuti vestrae necnon apostolico labori vestro virilis roboris maturitatem quandam ingesturum. Non dispendia, sed commoda sacerdotio vestro afferet id temporis, quod in curriculo vitae vestrae perniciosum videtur intervallum, si prudentes fueritis, si coram Domino ambulaveritis, si numquam Eius averteritis manum, quae perpetua celebranda laude vos in terra deserta et in via et in aquosa sursum et ad potiora producit.

Verumtamen ambulare coram Deo ac Dei numquam relinquere ductricem dexteram idem est — hoc vos haud latet — ac studiose christianam colore pietatem, cuius ope tantum mens sublime ascendit et recte agendi assiduis votis inardescit. Potestne fieri, ut inter gladios et tela evangelicae pietatis flos redoleat? Ita vero est. Reliquis praetermissis documentis, revocate memoriam eorum hominum, sanctitatis lumine fulgentium, qui e militari ordine prodierunt. Qui, dum disciplina adstringuntur vestrae haud dissimili, vixere iunctissimi cum Deo et pro Deo, quoniam unum summopere quaerebant, videlicet cunctis satisfaciendo officiis divinam implere voluntatem. Vos ipsi ubicumque et semper Dei beneplacitum scrutari eidemque, etiam reluctantem naturam, adhaerere omni ope studete: hic vester cotidianus sit labor, hoc facile tutumque sit viae compendium ad eam pietatem, quae in praesenti statu et conditione sacerdotali vocationi vestrae fido tutamini erit ac toto vitae vestrae cursu ad optima quaeque exantlanda valido incitamento et stimulo.

Ut autem complendae divinae voluntatis constanti voto et magno desiderio afficiamini, oportet — quis dubitet? — spiritus precum vobis, novorum officiorum perfunctione detentis, haud languescat et torpeat, sed intimo [flammescente igne dilatetur. Assiduum ei praebeant alimentum cum Eucharisticum Sacrificium devote actum aut Panis fortium fervide sumptus, tum ea omnia, quae diuturno fidelium usu comprobata, Spiritus Sancti aspirante gratia, quam maxime eo conducunt, ut hominum animi se culpis absterneant [et virtutes solidiores usque appetant. Difficiliter christifidelibus praesertimque sacerdotibus tantae negotiorum molestiae contingere possunt, ut prohibeantur, quin, quodammodo se introrsum inflectentes, crebro piis vacent meditationibus, bene et male acta in se attente inquirant, ardenti studio divinum Magistrum ac Dominum coram sacris Tabernaculis saepe, proh! dolor, desertis adorent, unde Is ad se venientes infusa gratia collustrare et corroborare solet.

Quam plurimum potestis, dilectissimi Nobis, hanc pietatem vobis comparate, hac ditamini. Qua comite, pericula ubi, sinente Deo, versamini, ita suscipietis, ut ipsi meritorum proventum assequamini, fratres autem commilitones vestri uberes colligant salutis fructus: nam administer Evangelii sive iuvamine operis sivi miserentis animi indulgentia proximis suis cuncta est semper dare paratus.


Conspecti undique studiosa indagatione ab hominibus, vestrum honorate sacerdotium, honorate Ecclesiam, cuius bene multum in vos suscepistis onus. De patria ita insigniter merebimini, cuius cives arduo in discrimine exempli vestri praestantia erexeritis, eorum animos in tranquillum redigentes itemque ad fortiter agendum et ad maiora sibi imposita officia obeunda excitantes. Certatim vobis gratias persolvent matres et sponsae, quas ipsarum caros iuvando multipliciter solati eritis. Praemio vobis erit rei bene gestae conscientia, quae vobis intus susurrabit etiam ista tempestate non diminutum sacerdotium vestrum esse, sed Spiritus munere, actionis efficientia, devotionis propensione adauctum. Ante omnia autem — quod plurimi ducendum est — animadvertetis vos a Deo fallere nescio probari itemque ad vos ipsos humiles, verum puro gaudio gestientes quasi praevium iudicium coronaturi olim vos Jesu evangelicum adhiberi promissum: *Omnis, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego coram Patre meo, qui in caelis est* (Matth., 10, 32).

Firma demum freti fiducia desiderii Nostri expectationem impletum iri, vos, dilecti Filii,

paternis prosequimur votis, valde cupientes, ut animo et corpore optime valeatis, et a periculis semper absitis. Ac, dum Deum exoramus, ut vobis et universis hominibus calamitosum belli tempus corripiat et, redintegrata cito populorum pace, vos ad quietas sacerdotalis ministerii sedes vel ad sacrarum disciplinarum optata studia restituat, Apostolicam Benedictionem, paternae Nostrae benevolentiae testem, libenti volentique animo vobis impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die VIII mensis Decembris, in festo Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis, anno MDCCCXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

## Pius PP. XII.



### Umpfarrung des Weilers Hof Gräffingen von Angeltürn nach Kupprichhausen.

Die Katholiken, welche im Weiler Hof Gräffingen, Gemarkung Uffingen (Landkreis Tauberbischofsheim) wohnen, trennen Wir mit Wirkung vom 1. April 1939 von der katholischen Pfarrei und Kirchengemeinde Angeltürn los und teilen sie der katholischen Filialkirchengemeinde Uffingen, Pfarrei Kupprichhausen, zu.

Der Herr Minister des Kultus und Unterrichts hat durch Entschliebung vom 5. Februar 1940 Nr. E 750 im Einvernehmen mit dem Herrn Minister des Innern gemäß § 5 Abs. 1 der Verordnungsgebung über den Vollzug des Ortskirchensteuergesetzes vom 17. Mai 1923 die staatliche Genehmigung hierzu erteilt.

Freiburg i. Br., den 13. Februar 1940.

† **Conrad,**  
Erzbischof.



(Ord. 12. 2. 1940 Nr. 1951).

### Krönungstag des Heiligen Vaters Papst Pius XII.

Die Vollendung des ersten Pontifikatsjahres des Heiligen Vaters Papst Pius XII., die Gedächtnis-

tage seiner Erwählung — 2. März — und seiner Krönung — 12. März — erfüllen uns mit Gesinnungen tiefer Ehrfurcht und freudigen Gehorsams gegenüber dem Statthalter Christi auf Erden, dem deutsche Erde und deutsches Volk besonders bekannt sind und geistig nahe stehen, und dem die Katholiken unserer Heimat in verehrungsvoller Dankbarkeit und bekennnistreuer Liebe ergeben sind.

Für den Papstsonntag, den wir für den 3. März (Vätare) festsetzen, ordnen wir an: feierliches Hochamt, nach demselben Aussetzung des Allerheiligsten in der Monstranz, Gebet für den Heiligen Vater — Magnifikat S. 154 — mit einem Vater unser und Ave Maria, Te Deum und sakramentaler Segen.

An dem genannten Sonntag ist in allen heiligen Messen anstatt der Imperata aus der Botiomesse für den Frieden die Oratio pro Papa einzulegen.

Die Gläubigen sind in der Predigt auf die Bedeutung des Tages hinzuweisen und zum Gebet — Nachmittagsandacht Magnifikat S. 783 — anzueifern.

Hinsichtlich der für die Feier des Papstsonntages verliehenen eigenen Ablässe verweisen wir auf Amtsblatt 1939, Nr. 2, S. 9 und 10.

Freiburg i. Br., den 12. Februar 1940.

### Erzbischöfliches Ordinariat.

(Ord. 10. 2. 1940 Nr. 1869.)

### Rosenkranzvereinigungen.

Der hochselige Heilige Vater, Papst Pius XI., dessen Todestag heute erstmals sich jährt, hat in seinem letzten Rundschreiben die Christenheit erneut auf die Erhabenheit und Würde des Rosenkranzgebetes hingewiesen:

„Die Bischöfe und Priester sollen öfters den Gläubigen aller gesellschaftlichen Klassen das Lob des Rosenkranzgebetes verkünden . . . Väter und Mütter seien besonders ermahnt, ihren Kindern hier ein Beispiel zu geben. Mögen sie nach den Mühen des Tages in ihren häuslichen Räumen vor dem Bilde der Gottesmutter gemeinsam knieend den Rosenkranz beten und mit ihren Stimmen auch ihren Glauben und ihre Seelen zusammenklingen lassen“.

Wir ersuchen den Klerus, das Rosenkranzgebet, das mit Vorliebe auch von den katholischen Angehörigen der Wehrmacht in den gegenwärtigen Kriegszeiten gepflegt wird, zu fördern:

1. durch die stets zeitgemäße Erklärung der Rosenkranzgeheimnisse in ihren Beziehungen zum heiligen Mesopfer,
2. durch Einführung der kanonischen Rosenkranzvereinigungen, von denen wir namentlich zwei empfehlen:
  - a) den „Lebendigen Rosenkranz“, der bereits weitere Verbreitung in der Erzdiözese gefunden hat;
  - b) die Rosenkranzbruderschaft, die bisher in verhältnismäßig wenigen Pfarreien der Erzdiözese errichtet worden ist und die mit reichen Ablässen — totiesquoties für Mitglieder am Rosenkranzfest — ausgestattet ist.

Alle Anfragen bezüglich der beiden genannten Vereinigungen sind zu richten an das neugegründete Rosenkranzsekretariat, Freiburg i. Br., Dominikanerkloster St. Albert, Ludwigstr. 49.

Freiburg i. Br., den 10. Februar 1940.

#### Erzbischöfliches Ordinariat.

(Ord. 15. 2. 1940 Nr. 1953.)

#### Die Einkommensteuer der Geistlichen.

Die in der Schriftenreihe des Institutes für kirchliche Verwaltung und Finanzwirtschaft in Breslau I als Heft 1 herausgegebene Broschüre *Die Einkommensteuer der Geistlichen* von Professor Dr. Heinrich Weber

ist in vierter Auflage erschienen. Sie bietet den Geistlichen auf dem Gebiete des schwierigen Einkommensteuerrechtes einen kurz gehaltenen, übersichtlichen und praktischen Leitfaden. Angesichts der im letzten Jahre erlassenen neuen steuerrechtlichen Bestimmungen, insbesondere der Neuregelung des Einkommensteuergesetzes 1939, sowie der Vorschriften bezüglich des Mehreinkommensteuergesetzes und des Kriegszuschlages zur Einkommensteuer (Kriegssteuer) ist die Neuaufgabe ein dringendes Bedürfnis. Die Veröffentlichung bringt die umfangreiche, für jeden Geistlichen praktische und einschneidende Materie auf den gegenwärtigen Stand und kann den Geistlichen sehr dienlich sein. Die Bürgersteuer ist ebenfalls behandelt.

Die Schrift ist im Verlag des Schlesienschen Bonifatius-Vereinsblattes, Breslau I, Schuhbrücke 43, erschienen und kostet kart. 1.60 RM.

Freiburg i. Br., den 15. Februar 1940.

#### Erzbischöfliches Ordinariat.

#### Pfründebefetzungen.

Die kanonische Institution haben erhalten am

21. Jan.: Joseph Klein, Pfarrer in Mimmenshausen, auf die Pfarrei Betenbrunn.  
 28. „ Joseph Dettinger, Pfarrverweser in Steinsfurt, auf diese Pfarrei.  
 11. Febr.: Karl Maier, Pfarrer von Saig, auf die Pfarrei Horben.

#### Publicatio beneficiorum conferendorum.

- Burbach, decanatus Ettlingen.  
 Ebersweier, decanatus Offenburg.  
 Goeschweiler, decanatus Neustadt.  
 Gommersdorf, decanatus Krautheim.  
 Gündelwangen, decanatus Neustadt.  
 Hattingen, decanatus Geisingen.  
 Horn, decanatus Hegau.  
 Lauda, decanatus Lauda.  
 Lembach, decanatus Stuehlingen.  
 Mannheim, ad S. Joseph, decanatus Mannheim.  
 Minseln, decanatus Saeckingen.  
 Neudenaу, decanatus Mosbach.  
 Neudorf, decanatus Philippsburg.  
 Oberhausen, decanatus Philippsburg.  
 Oberkirch, decanatus Offenburg.  
 Ortenberg, decanatus Offenburg.  
 Pfaffenweiler, decanatus Breisach.  
 Pfaffenweiler, decanatus Villingen.  
 Rheinfeldен-Nollingen, decanatus Saeckingen.  
 Riedboehringen, decanatus Donaueschingen.  
 Riedheim, decanatus Hegau.  
 Rielasingen, decanatus Hegau.  
 Rohrbach a. G., decanatus Bretten.  
 Schoenwald, decanatus Kinzigtal.  
 Schopfheim, decanatus Wiesental.  
 Schutterн, decanatus Lahr.  
 Schweighausen, decanatus Lahr.  
 Stahringen, decanatus Stockach.  
 Tengen, decanatus Engen.  
 Untergrombach, decanatus Bruchsal.  
 Waldhausen, decanatus Buchen.  
 Weiler, decanatus Hegau.

**Weisenbach**, decanatus Rastatt.

**Wettelbrunn**, decanatus Neuenburg.

Collatio libera. Petitiones intra 14 dies proponantur.

**Krumbach**, decanatus Messkirch.

**Schapbach**, decanatus Kinzigtal.

**Schenkenzell**, decanatus Kinzigtal.

**Untermettingen**, decanatus Stuehlingen.

**Welschingen**, decanatus Engen.

Patronus Princeps de Fuerstenberg. Petitiones intra 14 dies camerae aulicae Principis in urbe Donaueschingen proponendae sunt.

**Fischingen**, decanatus Haigerloch.

**Neufra**, decanatus Veringen.

Patronus Fredericus Princeps de Hohenzollern. Petitiones intra 14 dies ad cameram aulicam in Sigmaringen dirigantur.

**Bleichheim**, decanatus Waldkirch.

Patronus Comes de Kageneck in Munzingen, ad quem petitiones intra 14 dies dirigendae sunt.

#### Anstellung der Neupriester.

1. Bauer Hans von Lahr, als Vikar nach Lautenbach (Renchtal).
2. Böhe Anton von Krauchenwies (Hj.), als Vikar nach Neuenburg.
3. Brachat Karl von Ebringen (Hegau), als Vikar nach Jestetten.
4. Buchdunger Johann von Baden-Dos, als Vikar nach Forchheim, Def. Ettlingen.
5. Daniel Wilhelm von Freiburg i. Br., als Vikar nach Nußloch.
6. Deißler Dr. Alfons von Weitenung, als Vikar nach Leutkirch.
7. Dezenter Friedrich von Karlsruhe, als Vikar nach Karlsdorf.
8. Englert Ludwig von Dallau, als Vikar nach Merdingen.
9. Erdin Dr. Franz von Freiburg i. Br., als Vikar nach Sandhausen.
10. Fleck Edmund von Eberbach, als Vikar nach Distelhausen.
11. Gehrig Franz von Mannheim, als Vikar nach Erlach.

12. Hecke Gustav von Staufeu als Vikar nach Neuthard.
13. Kiltbau August von Mannheim, als Vikar nach Jöhligen.
14. Kleiser Alfons von Urach, als Vikar nach Busenbach.
15. Kopp Oskar von Furtwangen, als Vikar nach Lenzkirch.
16. Lurz Alfons von Lauda, als Vikar nach Hundheim.
17. Munding Franz von Überlingen, als Vikar Doffenheim.
18. Ober Kurt von Freiburg i. Br., als Vikar nach Erzingen, Def. Klettgau.
19. Oettinger Heinz von Alen, als Vikar nach Schriesheim a. d. B.
20. Koll Joseph von Kirchen und Hausen, als Vikar nach Zunsweier.
21. Ruby Bernhard von Guben (Niederlausitz), als Vikar nach Kirchhofen.
22. Schäfer Alois von Baden-Baden, als Vikar nach Durmersheim.
23. Schliermann Richard von Wertheim, als Vikar nach Edingen.
24. Stadelhofer Friedrich jr. von Freiburg i. Br., als Vikar nach Billingen, St. Fidelis.
25. Zanger Karl von Freiburg i. Br., als Vikar nach Schwörstadt.

#### Versezungen.

1. Febr. Wilhelm Bürgel, Vikar in Betenbrunn, als Pfarrovikar nach Köhrenbach.
1. " Joseph Guldberg, Vikar in Schlossau, i. g. E. nach Flehingen.
1. " Joseph Keller, Vikar in Heidelberg-Neuenheim, i. g. E. nach Tiengen, (Oberrhein).
1. " Eduard Läufe, Vikar in Hattingen, i. g. E. nach Zell i. W.
1. " Bernhard Alfons Maier, Vikar in Freiburg-Haslach, i. g. E. nach Heidelberg-Neuenheim.

#### Sterbfall.

17. Febr.: Alois Sebastian Beuchert, resign. Pfarrer von Stettfeld, † in Wettertsdorf.

R. I. P.

